Die 8bris decimoquinto 1603

Peractis praeparationibus propositi Lyncei ad lectionum ut speculatiuis et propositionum, ut practicis incumberent exercitia accessere auidi.
Primum Illuminatus proximas ita lectiones expediuit. Prima Metaphisices ab infima ad superna abstractione explicauit docuitque, 2.a quoque Syderalis, Astrosophiam esse scientiam exactissime comprobauit
Silentium inde optimum esse et in sibinetipsis et in externis propalauit experimento probandum et inducendum.
Neque animus corporis crassitie infarciretur adque studiorum exequenda munia ineptum redderetur medicamine precauendum quo cum animus uegetior et spiritualior tum ualidiores sensuum spirituumque uitalium actiones effici possent talisque ab ipso proposita confectio.
Proximam Tardigradus Mathematice lectionem habuit qua prima Geometrie principia et supposita dilucide tradidit
Ex Mechanicis miram scale cuiusdam ascensorie fabricatione obtulit que tum breuis tum longa fieri comodissime posset
Coelivagus tunc pro sua Philosophie lectionis exordio Plantam definiebat eam animal esse uegetatiuu probabiliter demonstrabat
Karabisque hquationem ut ratib. experimentis perutilem esse tentandam censebat
Ultimo Eclipsatus Historiaru a Berosi Noe fecit lectionis initium acta ante diluuium enarrans.
Hic et de miris lapidu naturalibus effectib. experimentum ad mulierem nudatam derisionem proponebat
Que in actum reducenda omnes sponte assensere suis cura demandata promulgatoribus.